



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

133. An Sacerdos, qui prius Missam celebrauit, possit postea aliam
Missam in eodem die celebrare ad dandum Viaticum infirmo? Et an pro
dando viatico infirmo constituto in articulo mortis, possit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

tr. 2. Ref. 67. brando Missam, & sine vestibus sacris, quod nimia
§. 1. post me- licentia est, & apud Zambranum c. 3. de Euch. dub. 6.
dium, vers. legi possunt plura in favorem huius doctrine, quæ
Quod ex eo. inde confirmari potest, quod lex charitatis, utpote
& in aliis diuina, videtur magis obligare Sacerdotem, ut suc-
cius not. currat morituro, illique det viaticum in maxima ne-
cessitate, quæm præceptum Ecclesiasticum ieiunij,
quod non obligat in tot casibus hactenus explicatis.
Sic etiam alia præcepta non feruntur, ut in extrema
hac necessitate succurratur infirmis, potest enim Sa-
cerdos se ipsum moriturum extra Missam communica-
care, si alius Minister desit, potest bis celebrare Sa-
cram in eodem die ad communicandum infirmum,
Sup. hac bi- ergo poterit etiam non ieiunum, ob eandem rationem,
na celebra- celebrare. Huc usque Granado, cuius sententiam
tione in ref. quando infirmus morituro aliud Sacramentum, vi-
seq. lege do- delicit Pœnitentie, aur Extrema- Vnctionis suscep-
strinam à §. re non possit, & scandalum cesseret, admittunt Layman
2. & §§. ciuii- lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 21. & Faustus de Sacramen-
annot, pro- tio calu. t. Euchar. lib. 1. quæst. 593.

RESOL. CXXXIII.

*An Sacerdos, qui prius Missam celebravit, possit postea
aliam Missam in eodem die celebrare, ad dandum
Viaticum infirmo?*

*Et an pro dando Viatico infirmo constituto in articulo
mortis, possit Sacerdos in uno tempore Missam post meridiem
usque ad Nonam?*

*Idem est de celebratione ante auroram ex eadem causa;
imo statim post medianam noctem potest Missa cele-
brari.*

*Et an qui mane sumpsit Eucharistiam, possit iterum
sumere Viaticum, si incidat in periculum mortis?*
Ex part. 1. tract. 7. & Miss. 7. Ref. 21.

§. 1. **S**uppono probabiliter, posse Sacerdotem non
ieiunum celebrate pro ministrando Viatico
infirmo in articulo mortis constituto. Et ita doc-
cent Doctores, quos ego citavi in part. 8. tractat. 1.

*Quæ hic est
in to. 3. tr. 1.
Ref. 1. & hic
supra in tri-
bus præ-
dictis Ref.
Et sup. pri-
ma diffi-
cultate posita in
titulo huius
Ref. 8. dif-
ficiula in hoc
texto supra
in Refol. 9.
§. 1. vers.
Quartus. &
in Refol. 92.
pro pñam,
ver. Tertio.
licitum, & in
Ref. 128. §.
Sed, inter
medium, &
in Ref. 128.
§. Sed, inter
medium, &
finem, & in
Refol. 122.
census pro-
pe finē, ver.
potest his.*

2. Sed maior difficultas est in casu proposito,
an post ablutionem sumptam in prima Missa, possit
iterum Sacerdos celebrate ad communicandum infi-
rmum. Et negatiæ responderet Eminentissimus
Cardinalis Lugo de Eucharist. disputat. 20. sect. 1.
num. 44. vbi sic ait: Secundus casus est quando esset
necessitate celebrare ad dandum Viaticum ægroti: in
quo casu ferè omnes conuenient posse secundò cele-
brari eadem die: quia iura illa supra allegata excipi-
piant casum necessitatis. Quæ autem maior neces-
titas potest occurre? sed rarissimè aut nunquam
contingit: quia si Sacerdos iam accepit Sacramen-
tum & ablutionem, non poterit non ieiunus iterum
celebrare: si vero non accepit Sacramentum
potest, & debet parvum sue hostiæ reservare, quam-
ad infirmum deferat. Solùm ergo potest singi,
quod accepta hostia & nondum accepta ablutione
nuncierit ei de periculo ægroti, & non sint aliae
particulari consecratæ in Ecclesia, & tunc ablineat
ab ablutione, & iterum celebet: qui casus magis
est metaphysicus quam moralis, quare ex conve-
tudine contraria non potest argui (ut aliqui arguant)
ad probandum non licere, quia reuera, cum casus
nunquam datur, non potest esse contraria coniunctio.
Ita Lugo; & alii, quos citat & sequitur Tamburi-
nus de cas. tempor. mortis cap. 3. dub. 6. n. 9. & Leander
de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 5. quæst. 34. Idem
etiam docet Pater Auerla de Sacram. Euch. quæst. 11.
sect. 15.

3. At his non obstantibus, licet cum formidine
contrariam sententiam videatur docere Pater Fran-
ciscus Lugo, heu quondam noster, qui dum vivens
ex intimis precordiis me peramus, is igitur
de Sacram. tom. 1. lib. 5. cap. 5. quæst. 5. num. 49. lie-
aserit; Ego certè per intrinsecā principia non video
cur non sit probabile posse Sacerdotem etiam post
sumptam ablutionem dicere secundum Millam ad
communicandum moribundum. Nam probabilitas
est aliquorū sententia, dicentium posse Sacerdotem
celebrare non ieiunum ad communicandum
moribundum. Aliunde certum est posse dicere secun-
dum Missam ob causam causam. Cur ergo Sa-
cerdos, qui Missam dixit, & non est ieiunus, non
possit dicere secundum Missam ad communicandum
moribundum, saltem quando non potest & get alii
Sacramentum recipere, subindeque nequit si sit in
peccato mortali cum attritione alio modo salvati.
Quia Missa dicta per se non obedit, nec violatio ieiuni-
jus per se. Concurrentia vero utriusque sumul non
videtur præpondere saluti vnius animæ; que fus-
san sumpto viatico salvabitur, non sumpto damnabitur.
Ego nihil definit propter extrinsecum Dod-
dum auctoritatem. In contingenti facili percep-
doctus Sacerdos, quid suggerat pudentes curiosos.
Hucisque Pater Lugo. Tu Lector iudica, nam re-
get me communis sententia Doctorum in contra-
rium.

4. Sed hinc oritur alia difficultas, an pro danda
viatico constituto in articulo mortis, possit inde-
ri Missa post meridiem, usque ad Nonam; Et dis-
co, quod ex Vasquez, Pater Hurtados disp. 4. de
sacrificio Missæ difficult. 5. docet, primò, conve-
tudine receptum esse, vt quando Missa solemnis in-
choata ante meridiem, durat post meridiem, quan-
tus multo tempore post, Missa priuata possit inchoa-
ri quamdiu solemnis durat. Secundò addit, quod
ob necessitatem succurrenti infirmo ne decideat, que
viatico, possit ex epicheia Missa priuata inchoari
qui multo post meridiem, usque ad horam ieiuni-
nonam.

5. Et hoc idem tenet Leander de Sacram. tom.
tract. 8. disp. 6. quæst. 12. Et quæ dicta sunt de cel-
ibratione usque ad horam nonam pro danda infi-
rmis viatico idem dicendum est de celebratione non
Aurorum ex eadem causa, & ita tenet Eminentissi-
mus Lugo de Sacram. disp. 20. sect. 1. num. 36. qui
ex Vasquez, Layman, & me etiam citato afferat:
Missam in tali casu posse celebrari statim post me-
ridiem noctem, & licet hoc negat Henrique lib. 5. cap.
cap. 24. num. 5. & alii penes ipsum, tamen non est
est recedendum à nostra sententia, quam citato
citato docet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp.
disp. 5. quæst. 5. quia maiori momenti est ægroti
suecurere viatico, quæ statim post me-
ridiem noctem celebrare, cum illud sit de precep-
to diuino, istud vero solum ex consuetudine possi-
bitum.

6. Sed si quæras hinc obiter, an qui mane sum-
pserit Eucharistiam, possit iterum sumere vesper,
si incidat in periculum mortis per modum vespere.
Olim firmiter negauit Eminentissimus Lugo, ego
mendicus affirmavi. Habet ille suos sequaces, & alii
ita præter alios alibi à me citatos, tener etiam genit. & alii
manus frater doctus Pater Franciscus Lugo de
Sacram. lib. 4. cap. 9. quæst. 4. man. 26. Magister
Candidus tom. 2. disp. 2. art. 26. dub. 8. Ponit in
Curs. Theol.

7. Habeo, & ego meos commilitones, & præ-
ter alios à me alibi adductos, ita tenet Kallionius in
3. part. quæst. 80. art. 11. nos. 2. Turianus in summa
part. 2.

Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CXXXIV. &c. 79

part. 2. cap. 58. dub. 2. num. 2. & Pasqualigus in Theol. tom. 2. disp. 109. sct. 5. n. 27. Vnde apparerit utramque sententiam esse probabilem, sed nostram in auxilium & consolationem infirmorum puto practicandam esse, vt illam sepius practicarunt Patres inclita Sacerdotia Iesu.

RESOL. CXXXIV.

An Sacerdos non ieiunus possit in articulo mortis celebrare, ut se communicet?

Et breuiter docetur, quod praeceptum diuinum debet preuulere Ecclesiastico, quando virumque in eadem persona cadit.

Et notatur, quod necessitas dandi Viaticum moribundo sufficit, vt Sacerdos, si non habeat copiam Confessarii possit sine confessione celebrare.

Et aduersitatem, hanc sententiam procedere etiam quoad Sacerdotem excommunicatum.

Et tandem cursum docetur, quod si Sacerdotes, vel Laicos sint in articulo mortis, nec adit qui eos sacramentaliter absoluere possit, possint sine confessione communicare. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 3.

S. 1. R^{espondeo} affirmatiuē, si aliunde sacram Eucharistiam habere nequeat, & ita docet Ioannes de Lugo de sacram. Euch. disp. 15. sct. 4. n. 69. vbi sic ait: Si ponatur Sacerdos ipse moriturus, vel occidentur, nec posset aliter viaticum sumere nisi ipse celebret, tunc potest ipse non ieiunus celebrare ad communicandum pro viatico, quia non plus est celebrare, quam communicate absque ieiunio, quare dispensatus ad hoc videtur etiam dispensatus ad illud. Idem etiam docent Layman lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 10. & ante illum Zambranus de sacram. Euchar. cap. 3. dub. 6. num. 1. vbi sic ait. Sacerdos sine dubio potest celebrare non ieiunus, vt se ipsum communice propinquum morti vel naturali, vel violenta. Ita ille, & hanc sententiam videtur etiam docere Nugnus tom. 1. in 3. part. quest. 80. art. 8. vbi docet, quod praeceptum diuinum debet praeulere Ecclesiastico, quando virumque in eadem persona cadit: sed in nostro calu praeceptum diuinum communitandi concurredit in eadem persona cum praecepto Ecclesiastico non sumendi Eucharistiam post cibum: ergo, &c. Sed non desinam hic adnotare hanc sententiam non approbare, male tamē, Faustum de sacrament. Euchar. lib. 1. quest. 393.

2. Notandum est etiam hic obiter quod necessitas dandi viaticum moribundo sufficit, vt Sacerdos, si non habet copiam Confessarii, possit sine confessione celebrare. Et ita ex Suarez & Coninck docet Ioannes de Lugo de sacram. Euchar. disp. 4. sct. 4. num. 107. qui etiam num. 111. docet hanc sententiam procedere etiam quoad Sacerdotem excommunicatum, non pro viatico alteri ministrando, potest absque absolutione celebrare, quando necessitas vrget, sicut potest, vt dictum est, absque confessione id facere, qui mortaliter peccauit. Vide etiam Sylvium in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. vbi sic ait: Si Sacerdotes, vel laicos sint in periculo mortis, nec adit qui eos sacramentaliter absoluere valeat, possunt communicate sine confessione, & si non essent hostie consecrata, possit Sacerdos celebrare, non solū pro sui, sed etiam alterius periclitantis necessitate. Sic ille, & ego.

RESOL. CXXXV.

An pro communicando infirmo periclitante liceat in mari, vel flumine celebrare Missam, & hoc etiam si licitum in diebus festiū?

Et docetur per nullum inferiorē Papa ob quacumque necessitatem posse alieni concedi facultatem celebrandi in nauī existente in mari, aut flumine.

Et notatur licere etiam deferre sacram Eucharistiam in nauigis, quia id minus difficultatis habet. Ex part. 5. tr. 3. Ref. 3.

S. 1. C^{ommuniter} Doctores negatiuam sententiam tenent, tum ob confutacionem, tum ob periculum verandi sanguinem, tum quia vix est locus honestus in mari, in quo decenter Sacerdos possit Missam celebrare. Ita D. Anton. part. 3. tit. 13. cap. 6. §. 4. Nauarrus cap. 25. num. 82. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 81. sct. 3. Kellisonius in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. 1. Angelus verb. Missa, num. 40. Sylvester codem ver. quest. 5. diff. 2. Valquez in 3. part. tom. 3. disp. 233. cap. 1. §. ceterum. Præpositus in 3. part. q. 83. art. 3. dub. 1. n. 148. Tannerus tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 2. num. 28. Armilla ver. Missa, §. 4. Sotus in 4. diff. 23. art. 3. & ibi Paludanus quest. 2. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 8. diff. 23. n. 4. Lezana in qq. regular. c. 71. num. 16. Fillius tom. 1. tract. 5. cap. 4. n. 116. Molles in sum. tom. 1. tract. 3. cap. 10. n. 32. Reginaldus tom. 2. lib. 29. cap. 7. sct. 3. n. 179. Homobonus in exam. Eccl. part. 1. tract. 4. cap. 14. quest. 137. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 6. Pitigianus in 4. tom. 1. disp. 13. quest. 2. art. 2. Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. q. 3. de sacrificio Missa, dub. 1. concl. 2. Chamerota de Sacram. tract. 4. de sacrificio Missa, dub. 1. Tabiena ver. Missa, §. 8. Summa Astensis part. 1. lib. 4. tit. 14. artic. 4. quest. 2. Bartholomeus ab Angelis in exam. Confess. dial. 5. §. 620. Zanardus in direct. Theol. part. 1. de sacram. Euch. cap. 14. Ledesma in sum. tom. 1. tract. de sacram. Euch. cap. 20. dub. 4. Henriquez lib. 9. c. 27. §. 3. Faustus de Euchar. lib. 2. q. 173.

2. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores affirmatiuam sententiam docentes, & ita novissime hanc sententiam tenet Iacobus Granado in 3. part. D. Thom. de sacram. contr. 6. tract. 14. disput. 13. num. 2. & seq. vbi citat Durandum in ration. lib. 4. cap. 1. num. 41. Scortiam de sacrificio Missa, lib. 2. c. 13. num. 5. Valterum de tripli cœna cap. 4. cœna 3. quibus ego addo ex eadem Societate Paulum Layman in Theol. moralib. 5. tractat. 5. cap. 5. num. 6. Gasparem Hurradum de sacram. disput. 4. de sacrificio Missa, diff. 5. vide etiam Sà, & Graffium, quos citat & videtur sequi Mercerus de sacram. quest. 83. art. 3. propos. 1. Itaque si in flumine, aut mari magna tranquillitas sentiat, vt nullum sit procellæ, aut tempestatis indicium, vel quidquam aliud, quod nauim, vel tritemem possit in vnam, vel alteram partem notabilitate mouere, & aliunde præter celebrantem sit alius Sacerdos, qui manu firmiter teneat Calicem post consecrationem, non videtur, mortaliter loquendo, accidere posse, vt in eo breui tempore, quod est à consecratione ad sumptionem, accidat sanguinis effusio; & si præter spem in rarissimo casu euenire, non idē priuandi sunt nauite in mari diebus festiū, & in mortis articulo tam singulari solatio, & remedio.

3. Adde, quod in tritempi, vel in nauis, præseruum magna, potest facilè designari non mindū, sed magis fortasse decens, quam multa Otatoria, in quibus celebrati solet, & quam tentoria, & maris litora.